

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

Bosco, Jean a

Lovanii, 1670

Concl. I. Forma ordinaria Sacramenti Pœnitentiæ: Ego te absolvo à peccatis tuis in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs sancti, Amen. Essentialiter constituitur his binis verbis: Absolvo te. Peccaret ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](#)

Catechismus
Romanus

Hinc Catechismus Rom. p. 2. c. 5. q. 20.
Est huic Sacramenti proprium, ut praefer formam
& materiam, qua omnibus Sacramentis communia-
sunt, partes etiam, ut antea diximus, illas habeat,
que tanquam totam integratim Poenitentiam con-
stituant Confessionem, & Sa-
tisfactionem. Et intra: He autem partes, ex ea-
rum partium genere esse dicuntur, que ad aliquod
totum constitendum necessaria sunt: quoniam
quemadmodum hominis corpus ex plurimis membris
constat, manibus, pedibus, oculis, & aliis hau-
modi partibus, quarum aliqua, si desit, merito
imperfectione videatur, perfectum verò si nulla des-
tereret: eadem etiam modo Poenitentia ex hisce tribus
Partibus ita constituitur, &c.

Anima ra-
tionalis est
pars praeci-
pua homi-
nis,

Nunquid quia manus, pedes oculi, vocan-
tur partes hominis, aut corporis hominis,
ideo anima rationalis non est pars hominis?
Immo pars principia est. Ergo similiter licet
Tridentinum doceat, actus Poenitentie esse
partes Poenitentie, neutiquam negari potest
aut debet, formam Absolutionis est parte
Sacramenti Poenitentie, idque principia,
utpote, ut prius dixerat Tridentinum, in qua
principia ipsius vis sita est.

Interim dum loquimur de partibus inte-
grantibus hoc Sacramentum, communiter
affligamus illas, quæ sunt partes materia, quia
partes integrales in rebus naturalibus sequen-
tur extensionem; radix autem extensionis est
materia. Sed hæc de nomine parti, quæ est
questio parvi momenti. De te autem erit

CONCLUSIO I.

Forma ordinatio Sacramenti Po-
nitentie: Ego te absolvo à pe-
ccatis tuis in nomine Patris, &
Fili, & Spiritus sancti. Amen.
Essentialiter constituitur his
binis verbis: **Absolvo te.** Pecca-
ret tamen mortaliter qui omis-
teret ly à peccatis. Omissio
ly Ego, non nisi venialis, prout
etiam invocatio SS. Trinita-
tis.

4.
Probatur
Concl. ex
Cone. Flo-
rent. &
Trident.

Concilium Florentinum in Decreto Eu-
genii sic inquit: **Forma huic Sacramenti**
(Poenitentie) **sunt verba Absolutionis**, que sa-
cerdos profert cum dicit: Ego te absolvo &c. Tri-
dentinum similiter scil. 14. c. 2. in principio
Doct, Sacramenti Poenitentie formam in
illius ministeri verba possum esse: Ego te absolvo &c.
Et continuo accedit: Quibus quidem de Ecclesiæ
sancta more preces quedam laudabiliter adiunguntur;

tur; ad ipsius tamen forma essentialia nequaquam
speciem, neque ad ipsum Sacramentum administran-
tem sunt necessaria.

Preces illæ sunt: Misereatur tuus omnipotens
Deus, & dimissu peccatis tuis perdecat te ad vitam
eternam. Amen. Indulgentiam, Absolutionem, &
remissionem peccatorum tuorum, tribuat ubi possit
Iesus Christus te absolvat. Et haec quidem preces
verbis essentialibus præmittuntur; polpon-
tut autem: Passio Domini nostri Iesu Christi, me-
rita B. Mariae Virginis, & omnium saeculorum,
quidquid bonum feceris, & mali sustinueris, fini illi
in remissionem peccatorum, argumentum grata, &
primum vita eterna. Amen. Ita Rituale Rom.
Titulo de Sacram. Poenitentie verbis: Ab-
solutione forma, ob sequentia statuit:

Cum poenitentem absolvere voluerit, inveniā ei
prius, & ab eo acceptata statuari Pontificis, prodi-
dit: Misereatur tui &c. Deinde dexteram versu-
poenitentem elevat dicit: Indulgentiam &c. Do-
minus noster Iesus Christus te absolvat; & ego
auctoritate ipsius, te absolvō ab omni culpo
excommunicationis & suspensionis, &
interdicti, in quantum pollum, & tu indiges.
Deinde, ego te absolvō à peccatis tuis, in
nomine Patris, & Fili, & Spiritus sancti.
Amen. Si poenitens sit laicus omittitur vel
suspensionis. Passio Domini nostri Iesu Christi
&c.

In Confessoriis autem frequentibus & brevibus
omni potest: Misereatur &c. satis est donec
Dominus noster Iesus Christus &c. usque ad
illud, Passio Domini &c. urgente vero aliquo gra-
vi necessitate in periculo mortis breviter ducatur:
Ego te absolvo ab omnibus censuris & peccatis in
nomine Patris, & Fili, & Spiritus sancti. Amen.
Huiusque Rituale.

Et quidem si ita fiat, indubie bene fit.
Quamquam existimemus haec omnia non esse
necessaria, nequidem sub levi obligatione
sed sufficere ad evitandum omne peccatum has
verba: Ego te absolvo à peccatis tuis, in nomine
Patris, & Fili, & Spiritus sancti. Amen. nisi
forte poenitentis incideat absolutione a Con-
sulatu, quæ tunc præmitenda foret verbis con-
fuetis, ne Sacramentum exponor pertul-
nullariatis.

Nec obstat Rituale mox allegatum; quia
contraria praxis videtur præscriptis contra
obligationem, cum, etiam maxime timore
varient, nec sit uniformitas, nisi in illis ver-
bis, Ego te absolvo à peccatis tuis, in nomine Patris,
& Fili, & Spiritus sancti. Amen.

Quin immo putant Aliqui, nullum esse pec-
catum, omittere invocationem SS. Trinitatis
secluso scandalo & contemptu. Ad summum
erit veniale, & proper universalem Ecclesiæ
consuetudinem. Sed hæc confuetudo inquit
Dicastillo disp. 5. n. 28. videtur libera, ut non
super de verbis antecedentibus formam dice-
bamus.

bamus. Ego malum dicere esse obligatoriam; quia licet in verbis antecedentibus multi, etiam timorati, varient, equidem in illa invocatione omnes convenient. Ceterum, quia materia levis, peccatum tantum erit leve seu veniale.

Dices: exponit Sacramentum periculoso nullitatibus, cum ab Aliquis dubitetur, an non spectet ad essentiam formæ; quemadmodum eadem in vocatio spectat ad essentiam formæ Sacramenti Baptismatis; ergo est materia gravis.

Relp. non est vera dubitatio; sed scrupulus tantum, id est, quedam animi anxietas ac timor, ortus ex levibus & solùm apparentibus causis; addeque nullum hic verum periculum nullitatibus Sacramenti.

Et verò disparitas inter Sacramentum Baptismi, & Pœnitentia, patet ex verbis Christi secundum Mattheum, 28. v. 19. Baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, quibus præcipit invocationem SS. Trinitatis, cuius tamen nullam mentionem facit Joan. 20. ubi instituit Sacramentum Pœnitentia, sed simpliciter dicitur v. 3. Quoniam remissio peccata, remittuntur eis.

Si dixisset: Quoniam remissio peccata in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, remittuntur eis, par fuisset ratio; jam autem dispar ratio; quia dispar voluntas Christi, qui utrumque Sacramentum instituit. Revera mirabile forcez quod neque Florent, neque Trident exprefserit formam Sacramenti Pœnitentia cum illis verbis, cum ambo illa Concilia sic exprefserint formam Baptismi; si æqualiter forent necessaria ad utrumque Sacramentum.

Si aliquid ripliceret: utrumque Concilium addidit ly &c. ad significandum illas voces: A peccatis tuis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen. ecce necessarias, ut illa verba, que exprefserat: Ego te absolvio.

Responde Dicastillo supra n. 27. illam particularm &c. non posuisse Concilium Florentinum, unde, inquit, satis declarat integrum hujus Sacramenti formam posse in illis solùm vocibus contineri.

Porro n. 48. ut probet, ly A peccatis tuis, formaliter esse de essentia formæ, scribit in hac verba: Idem argumentum sumitur ex Florentino, in quo, ut Aliqui notant (& mihi videlicet contigit in duabus diversis impressionibus) fieri in verbis, quæ communiter circumferuntur in Summa Conciliorum, non habeatur illa particular, &c. in Concilio tamen integro exprefse habetur.

Ecce ut probet, ly A peccatis tuis, formaliter esse de essentia formæ, sequitur integrum Concilium; ut autem probet, invocationem SS. Trinitatis non esse necessariam, sequitur Summarum Conciliorum, quasi plus fidei effet tribuendum Summa Conciliorum, quam in integrō Concilio, ex quo Summa desumpta est, in qua per errorem

facile potuit omitti illa particula. Ut autem dicam, quid mihi contigerit, vidi Summarum Conciliorum per Fr. Bartholoméum Caranzam Miranden. & Summarum Conciliorum Auctore Fr. Francisco Longo, & in utraque Summa reperi illam particularm &c.

Aliter ergo respondeo ad propositum argumentum: Concilia addidisse ly &c. ut significarent illas voces: A peccatis tuis &c. esse necessarias, saltem ex præcepto Ecclesiæ. Immo quamvis omnes expresserint, sicut expresserint: Ego te absolvio, adhuc non convinceretur, omnes esse de necessitate Sacramenti: nam Concilium Florentinum formam Sacramenti Confirmationis hanc formam verborum exprefset: signo tè signo Crucis, & confirmo te Christmate salutis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Similiter formam Sacerdotii: Accepit potestatem offerendi Sacramentum in Ecclesia pro vivis & mortuis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Et tandem disp. 3. sect. 1. concl. 6. ostendimus, in invocationem explicitam SS. Trinitatis per nomina Patris, & Filii, & Spiritus sancti, non esse de essentia formæ Confirmationis, & suo loco oltendimus, eamdem invocationem non esse de essentia formæ Sacerdotii.

Sed audiamus Doctorem Subtilem 4. dist. 14. q. 4. nu. 4. Ex hoc (quod Absolutio sit sententia quadam definitiva absolvens reum) sequitur corollarium, quod doctrina de Sacramento Pœnitentia, sub alterius doctrina de iudicio etiam doctrina de sententia. Pro quanto enim est in Ecclesia duplex forma, publica, & privata, pro tanto est duplex iudicium: & quantum ad aliquas regulas iustitiae, oportet esse convenientiam hic & ibi. Sicut utraque diffinitio hic & ibi est actus iustitiae. Et pro tanto potest Sacramentum Pœnitentia dictum Sacramentum iudiciale, vel iudicium Sacramentale: & ex hoc quod Sacramentale est firmius, quia rationabilius, quam aliquid iudicium publicum.

Et ex hoc patet ratio, quare non est necesse esse illa precisa verba in ipso Sacramento, sicut in Baptismo, vel Eucharistia; quia sufficiunt quid exprima, ut alia sententia absolvens: sicut & in iudicio publico non oportet esse limitata verba. At enim unus de Theodoro Martyre: Jubeo ignibus trahi. Alter de Cyriano sancto: Gladio animadverteri placeat. Communiter tamen ista verba sunt apia: Ego te absolvio; quecumque alia premitantur, vel consequantur, secundum diversam consuetudinem in diversis Ecclesiis. Huculque Scotus, apertissimis verbis docens nostram conclusionem.

Nam ly Ego, communis omnium Doctorum sententia, non pertinet ad essentiam, cùm per ejus omissionem nullatenus sensus à Christo intentus immutetur, & sufficienter intelligatur in verbo, absolvio: ut in simili diximus de eadem particula, que communiter ponitur in forma Baptismi. Vide disput. 2. sect. 2. concl. 2. Hinc omisso eius solùm erit peccatum veniale, si aliquod sit.

Illi 3. Igitur

10.
Responsio
Auctio

11.
Doctrina de
Pœnitentia
publica, &
privata, &
de iudicio
& sententia
ex Scoto.

12.
Ly Ego non
pertinet ad
essentiam
formæ,

Verba essentia-
lia; Absole-
to te.

Igitur essentialia verba; juxta Scorum suprà:
Absolvo te, & nulla alia; quia aliorum non me-
minit. Rationem accipio ex verbis Scotti,
mox citatis: quippe in judicio humano sufficit,
quod exprimatur actus sententia absolvendi;
nec oportet addere delictum, à quo reus ab-
solvitur, vel propter quod condemnatur;
neque necesse est exprimi, quâ auctoritate
iudicis absolvat vel condemnat, ordinariâ an-
delegatâ, principali & secundariâ vel com-
militariâ: ergo consimiliter sufficit in judicio
Sacramentali, quod exprimatur actus senten-
tia absolvendi; nec oportebit addere delictum,
à quo penitens absolvitur; neque necesse erit
exprimere, quâ auctoritate id fiat.

Non constat
Carissimum
requisiſſe ifſe
expreſſio-
nem pecca-
torum vel
potestatis.

Et quamvis hæc ratio non sit peregratoria;
quia potuit Christus aliquid requirere ad ju-
diciū Sacramentalē, & de facto requisiſſit
sententiam ore prolatam, qua non requiritur
ad judicium humanum; equidem requisiſſis
expressionem peccatorum, vel potestatis, non
satis constat, sive ex Scripturis, sive ex Con-
ciliis aut Traditione; ergo non est, cur in hoc
punkto recedamus à communī lege judicij hu-
mani, præsertim accedente communī con-
fessu Doctorum, quidquid Aliqui pauci con-
tradicant, quod ista verba: *A peccatis tuis,*
quos citat & sequuntur Wiggers in 3. parte
D. Thomæ q. 84. a. 3.

13.
Primum
fundamen-
tum Adver-
ſorium.

Secundum
fundamen-
tum.

14.
Secundum
fundamen-
tum.

Et quamvis hæc ratio non sit peregratoria;
quia potuit Christus aliquid requirere ad ju-
diciū Sacramentalē, & de facto requisiſſit
sententiam ore prolatam, qua non requiritur
ad judicium humanum; equidem requisiſſis
expressionem peccatorum, vel potestatis, non
satis constat, sive ex Scripturis, sive ex Con-
ciliis aut Traditione; ergo non est, cur in hoc
punkto recedamus à communī lege judicij hu-
mani, præsertim accedente communī con-
fessu Doctorum, quidquid Aliqui pauci con-
tradicant, quod ista verba: *A peccatis tuis,*
quos citat & sequuntur Wiggers in 3. parte
D. Thomæ q. 84. a. 3.

Primo, quia absque illis verbis, non vide-
tur satis completus sensus illius sermonis: *Ego te*
absolvo; neq; latr; determinata significatio ver-
bi, *Abſolvo*, quod per se possum, est indifferens
ad significandam absolutionem à censuris, à
penis, & à reatibus culpæ. Unde nec ex eo,
quod præmitatur peccatorum Confessio, vi-
detur satis determinari, in quam materiam
cadat Absolutio, quandoquidem penitens
pluribus vinculis possit esse constrictus, ut
puta, vinculo excommunicationis, aut alterius
censuræ, & vinculo reatus culpæ, & penæ;
& possit idem peccatum confiteri in ordine ad
Absolutionem à vinculo excommunicationis,
& non à vinculo reatus culpæ, v. g. sic con-
fiteri potest notoriā percussonem Clerici.
Huculque præfatus Doctor.

Atque non contentus hoc fundamento, al-
terum statuit, defumptum ex ly Ete. de quo
suprà meminimus, existimans ideo additum
à Conciliis post illa verba: *Ego te absolvō*, ut
significant se plenam & completam formam
non exprimere, sed aliud insuper adjungen-
dum, quod non potest esse aliud, quam illud,
A peccatis, quod conformiter in Ecclesia sem-
per fuit additum.

Neque dici potest, Concilia addere illud
Etc. propter preces; que solent adjungi; quia
de illis subiicit Concilium Trid. Quibus quidem
de Ecclesia sancte more preces quedam laudabiliter
adiunguntur, ad ipsius tamen formam essentiam ne-
quaquam spectant. Ubidum has opponit, tan-

quam non pertinentes ad formam essentiam,
contra ista; *Ego te absolvō &c.* videtur innuere,
quod etiam illa, qua includit in isto Etc. per-
tineant ad formam essentiam.

Sed ut ab ultimo exordiā; Respondeo; ad
illam oppositionem sufficit, quod aliqua verba Regis
ex illis: *Ego te absolvō &c.* pertincent ad formam
essentiam; nam certum est, non omnis pertinet
nisi, ut ante ostendimus de Ly Ego & ly no-
mine Patris, & Fili, & Spiritus sancti, Amen. Nisi
dixeris, illam invocationem addi per modum
precum, adquæ nos comprehendit sub ly Etc.
Deinde omnes admittere debent, ly Tali, non
pertinere ad formam essentiam; cum latr; ma-
nifestè subintelligatur in ly Te à peccatis; nul-
lus quippe absolvitur à peccatis alienis.

Vis autem siire, de quibus precibus locu-
tur Concilium? Respondeo plana est, de illis
qua ad ipsius formam essentiam nequam
speciant, neque ad ipsius Sacramenti admini-
strationem sunt necessariae, vel saltem ex pre-
cepto Ecclesie. Unde dicit illas laudabiliter
adjungi, non autem obligatorie. Et verò
etiammodi oppositum hujusmodi precis illis verbis
Ego te absolvō à peccatis tuis, in nomine Patris, &
Fili, & Spiritus sancti, Amen. quia licet non
omnia, saltem aliqua pertinent ad essentiam, &
omnia necessaria sunt ad licitam Sacramenti
administrationem.

Itaque Concilia addendo ly Etc. indicant
se plenam & completam formam, necessaria-
m, saltem ex præcepto Ecclesie, non expri-
mere; sed, juxta receptam & obligatoriam
consuetudinem Ecclesie, aliquid insuper ad-
jungendum, scilicet, *A peccatis tuis, in no-
mine Patris, &c.* Aliqui putant addidisse ly Etc.
ut ostenderent, sc. præter dicta verba, nihil
definitæ, esse de essentia, neque etiam con-
trarium determinare.

Accedat ad cumulum; omnia illa verba:
Ego te absolvō à peccatis tuis, pertinere ad es-
sentiam formæ, non quod materialiter, & le-
cundum sonum vocis, omnia debent proferri,
de qua prolatione haec tenus locuti sumus;
sed formaliter secundum significacionem, ut
potebit ex responsione ad primum funda-
mentum Wiggers, quæ talis est.

Verbum, *Abſolvo*, per se possum est indiffe-
rens ad significandam Absolutionem à censu-
ris, aut penis, & à reatibus culpæ; attamen me-
videtur satis determinari, in quam materiam
cadat Absolutio, ex eo quod præmitatur pe-
ccatorum Confessio: nam licet penitens plurim
bus vinculis possit esse constrictus, ut puta
vinculo excommunicationis, aut alterius
censuræ, & vinculo reatus culpæ; equidem
non potest confiteri peccatum sacramentaliter,
nisi in ordine ad obtinendam Absolutionem
à vinculo reatus culpæ, & penæ; neque Sa-
cerdos potest sacramentaliter profere illa
verba: *Abſolvo te*, nisi in ordine ad Absolu-

tionem à vinculo reatus culpe, & pœnae; non effectus hujus Sacramenti, non est Absolutionis à vinculo excommunicationis, aut alterius censuræ; sed tantummodo à vinculo reatus culpe & pœnae.

Ergo hoc ipso quo Sacerdos, auditâ Confessione pœnitentis, vult administrare Sacramentum Pœnitentia per ita verba, *Absolvo te, perfectissimè atque sine ulla ambiguitate significans Absolutionem à peccatis quod culpan, & pœnam; nullo autem modo Absolutionem à vinculo excommunicationis, aut alterius censuræ.*

Igitur ex prævia Confessione Sacramentali, & intentione Sacerdotis, faciendi quod facit Ecclesia, satis determinatur significatio verbi, *Absolvo*, ad hoc ut cadat in vinculum solius reatus culpe, & pœnae.

Solum objici potest contra hanc responsionem: quia ex illa videtur sequi, quod sola verba non sint forma hujus Sacramenti. sed etiam prævia Confessio, & intentione Sacerdotis, nam ex his duabus circumstantiis, verbum, *Absolvo*, habet vim significandi Absolutionem à vinculo reatus culpe, & pœnae, aut certè adhuc significationem, per quam constituitur in ratione forma.

Respondeo; verbum, *Absolvo*, habere vim significandi Absolutionem à vinculo reatus culpe; ab institutione hominum; quin etiam adhuc significacionem, quamvis ambigua, in multi existimat; propterea quod æquiter instituta sit, ad significandam Absolutionem ab aliis vinculis; ut autem illa ambiguitas tollatur, facetur, concutitur prævia Confessio peccatorum, immo & intentione absolventer; ergo Confessio peccatorum est pars formæ, similiiter intentio absolventer; negatur Consequens.

Quid ergo sunt? Aliquid prærequisitum, ut concomitans, ut illa verba: *Absolvo te, sacramentaliter significans*, adeoque ut sint vera forma Sacramenti Pœnitentia; quæ utique forma ex solis verbis propriè dictis componitur. Quemadmodum forma consecrationis Sanguinis Christi: *Hic est Sanguis meus*, componitur ex verbis propriè dictis, sicut particulariter, *Hic*, sit ambigua significacionis, & determinari debeat per intentionem consecrantis, ut pronomen sit, & non tantum adverbium loci.

Et sane ly *Baptizo* in forma Baptismi, unde habet, quod significet ablutionem in aqua naturali, & non in vino, vel alio liquore, nisi ex aliqua determinatione materiae, quæ est aqua naturalis. Et ly *Hoc* in forma consecrationis Corporis Christi, unde habet, quod significet species panis, potius quam alterius substantie, nisi ex aliqua determinatione materiae. Quis propterea dicit, formam Baptismi, vel Eucharistia, non constare solis verbis propriè dictis?

Ergo similiter forma Sacramenti Pœnitentiae, sola erunt verba propriè dicta, quamvis forma Sacramenti Pœnitentiae, non ex solis verbis propriè dictis.

Dico; *Quamvis determinari debet*, quia putant Nonnulli, verbum, *Absolvo*, absolute pronuntiant, quasi per Antonomiasam significare Absolutionem internam à reatu culpa. Veluti *Antonomiasam significare* ablutionem in aqua, eò quod ablutionem internam à peccatis.

Si ergo negaveris formam Baptismi determinari à materia, negabo & ego, formam Sacramenti Pœnitentiae determinari à quasi materia, & dicam illa verba, *Absolvo te*, per se significare Absolutionem à vinculo reatus culpe, nisi ex circumstantiis, aut intentione preferentes, determinetur ad Absolutionem à vinculo excommunicationis, aut alterius censuræ.

Fateor, potius ipsa forma determinat materiam, quam vice versa; hinc tamen non tuis determinat omnis omnino determinatio materia respectu formæ, quamquam principalis vice determinatio competit forma respectu materiae, ut etiam cernitur in hoc Sacramento, in quo forma si non sola, saltem præcipue significat, & causat remissionem peccatorum.

Interim non semper materiam remotam debere exprimî in ipsa forma patet in forma Baptismatis, in forma Extrema Unctionis, in forma Ordinationis, & forte etiam in forma Confirmationis. Cur ergo deberent peccata exprimi in forma Sacramenti Pœnitentiae?

Quia, reponit Aliquis, Christus ex expressis in illis verbis, quibus Joan. 20, instituit Sacramentum Pœnitentiae, nimurum: *Quoniam remitteritis peccata, remittantur eis. Ubi expresse nominata peccata, probat nominata peccata. Quare (inquit Averla q. 12, sect. 3. §. Potius tamen videtur) si forma sumenda sit ex verbis Christi, debebit Sacerdos necessario dicere: Remitto tibi peccata, & non tantum: Remitto tibi.*

Sicut, quia instituendo Baptismum, dixit Baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, sumpta est forma Baptismi, in qua necesse est explicitè eo modo, & non satis esset, implicitè alio modo nominare divinas Personas.

Ac etiam quando dixit: *Quicumque solvere super terram*, sicut non specificè nominaverit peccata, tamen dicendo: *Quicumque*, utique sub hoc nomine intellexit peccata. Ususque fuit eo termino generali, ut includeret omnia vincula, de quibus dedit Ecclesia potestatem solvendi atque ligandi. Ex quo eod magis fit, ut dum Ecclesia, id est, ejus minister, vult solvere vincula peccatorum, determinat

Forma Sacramenti Pœnitentiae, non ex solis verbis propriè dictis.

Putant alii qui, ly *Absolvo*, per *Absolutionem internam à reatu culpa*. Veluti *Antonomiasam significare* ablutionem in aqua, eò quod ablutionem internam à peccatis.

Forma potius determinat materia, quam vice versa; hinc tamen non tuis determinat omnis omnino determinatio materia respectu formæ, quamquam principalis vice determinatio competit forma respectu materiae, ut etiam cernitur in hoc Sacramento, in quo forma si non sola, saltem præcipue significat, & causat remissionem peccatorum.

Non semper materiam remotam debere exprimî in ipsa forma patet in forma Baptismatis, in forma Extrema Unctionis, in forma Ordinationis, & forte etiam in forma Confirmationis. Cur ergo deberent peccata exprimi in forma Sacramenti Pœnitentiae?

Quia, reponit Aliquis, Christus ex expressis in illis verbis, quibus Joan. 20, instituit Sacramentum Pœnitentiae, nimurum: *Quoniam remitteritis peccata, remittantur eis. Ubi expresse nominata peccata, probat nominata peccata. Quare (inquit Averla q. 12, sect. 3. §. Potius tamen videtur) si forma sumenda sit ex verbis Christi, debebit Sacerdos necessario dicere: Remitto tibi peccata, & non tantum: Remitto tibi.*

Sicut, quia instituendo Baptismum, dixit Baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, sumpta est forma Baptismi, in qua necesse est explicitè eo modo, & non satis esset, implicitè alio modo nominare divinas Personas.

Ac etiam quando dixit: *Quicumque solvere super terram*, sicut non specificè nominaverit peccata, tamen dicendo: *Quicumque*, utique sub hoc nomine intellexit peccata. Ususque fuit eo termino generali, ut includeret omnia vincula, de quibus dedit Ecclesia potestatem solvendi atque ligandi. Ex quo eod magis fit, ut dum Ecclesia, id est, ejus minister, vult solvere vincula peccatorum, determinat

minatē dicere debeat: *Absolvo te à peccatis.*
Hucusque Aversa.

23.
Contra
hanc proba-
tionem ar-
guitur.
Sed contrā; hoc argumentum probaret,
quod si aliquis diceret Pontifici Romano:
Sanctissime Pater dispensa mecum in voto casitatis,
proper hanc & illam rationem, & ipse responderet:
Dispexo, non esset valida dispensatio, nisi ad-
deret, in voto casitatis. Similiter, si ad peti-
tionem Absolutionis ab excommunicatione,
responderet, *Dispexo*, non addendo *à vinculo*
excommunicationis, non esset valida Absolutio,
quod non putem Aversam facile concessio-
rum.

Scio non valere in omnibus argumentum
ab Absolutione à censuris, ad Absolutionem
à peccatis; quia prior potest fieri scripto, &
aliis signis, posterior verò non nisi verbis pro-
priè dictis, ut infra dicitur. Interim utrobi-
que requiritur, quod sufficienter indicetur
voluntas Superioris absolvendi, vel dispen-
fandi; si ergo in casibus allegatis unicum iud
verbum, *Dispexo*, vel, *Absolvo*, sive scriptum,
sive ore prolatum, sufficienter ad valorem
significat voluntatem Superioris dispensandi
in voto, vel absolvendi ab excommunicati-
one, non obstante, quod Christus dixerit:
Quocunque soleritis super terram, vellent audire
rationem, quare similiter unicum illud ver-
bum, *Dispexo*, non addendo, *à peccatis*, non
sufficiat ore prolatum ad valorem Absolutio-
nis sacramentalis à peccatis.

Haud inficior, formam Baptismatis sum-
plicare esse ex verbis Christi: *Baptizantes eos*
&c. & ideo explicitam invocationem SS. Tri-
nitatis per nomina Patris, & Filii, & Spiritus
sancti, communiter à Doctoribus assisi necessariam ad efficiam Sacramentum. Sed nego hanc
Consequentiam; ergo similiter, si forma Sa-
cramenti Pœnitentiae sumenda est ex verbis
Christi, debet Sacerdos necessario dicere:
Remitto tibi peccata.

Ratio dilatitatis est; quia invocatio SS.
Trinitatis neutiquam intelligitur sub illo ver-
bo, *Baptizo*. Cùm ergo aliqua dilatita verba
forent necessaria, aptissima visa fuerunt, quæ
Christus usurpavit. Porro in Sacramento Pœ-
nitentiae, existimat communiter Doctores,
verbum, *Dispexo*, præviâ Confessione pecca-
torum prolatum, latè determinat & expli-
citè significare peccata prius confessa, ut illo-
rum non debeat fieri expressa mentio.

De cætero, Christus instituendo Sacramen-
tum, expreſſe meminit peccatorum, ut Apo-
stoli scirent, quæ esset remota materia illius,
non fortè si dixisset: *Quorum remisit*, non ad-
dendo *ly peccata*, cogitarent, materiam Sacra-
menti esse quæcumque vincula, de quibus antea
dixerat: *Quocunque soleritis super terram* &c.
Nulla autem erat ratio exprimenti nomina
Patris, & Filii, & Spiritus sancti in institu-
tione Baptismatis, seu potius in præcepto bapti-

zandi omnes gentes, nisi quod veller ea ex.
prii in forma Sacramenti.

Si replicet quispiam: non est, unde colliga-
tur necessitas illius particulae, Te, que tamē ^{regia}
communiter asservatur, nisi ex illis verbis Christi:
Quorum remisit peccata, sicut in simili col-
legimus particulam, Te, in forma Baptismi esse
essentiale ex illis verbis: *Baptizantes eos*. Ergo
pariformiter loquendū de particula, *à peccatis*.

Probatur Consequētia; quia sicut ly *ab-
solvo*, determinatur per præviā Confessio-
nem, & intentionem Sacerdotis, ad signifi-
candam Absolutionem à peccatis, & non à
censuris; ita quoque determinari posset ad
hanc perlacionem, quæ confessa fuit; etidē se-
fit incifferens ad hanc, vel aliam significan-
dam: ergo vel peccata debent determinatè
explicari in forma, per illa verba, *à peccatis*,
vel non debet determinatè explicari persona,
qua ab solvitur per ly Te, aut aliam particu-
lam equivalentem;

Aliqui, p̄fici hoc argumento, admittunt
probabile esse, quod sufficiat illud unicum Alibi
verbū: *Absolvo*. Ita Arriaga disp. 49. h. 23.
civitas Sotii q. dist. 22. q. 1. a. 1. §. Refut. 1. 1.
mo rāndem dubium est, ubi in fine sic ait: im-
mo verbum *Absolvo*, cum intentione ab sol-
vendi ab utroque sufficeret:

Loquitur de casu, quod quis; dum confi-
tetur, tam proximus est morti, ut animam
jam jam exhalarat, adeo ut præmitti nequeat
Absolutionem ab excommunicatione; sine pen-
culo, ut moreretur sine Absolutione à peccatis,
& quarti, an talis pœnitentis posset prius ab-
solvi à peccatis, antequam ab excommuni-
catione? Postquam autem recenti fationem
Adriani q. 2, principali de Clavibus absolu-
endum illum esse à peccatis, antequam ab ex-
communicatione: subiungit: At vero quam
hoc verum sit, si casus posset contingere;
qui intentio Ecclesie non est, obstatum
objicere salutem morientis, qui per Absolutionem
ne peccatis posset fieri ex atrito contritus:
est tamen casus, qui nunquam contingere pos-
set: cùm unico verbo posset finiri Absolutio
ab utroque: *Ab solvō te ab excommunicatione, & à peccatis*. Immo verbum, *Ab solvo*, cum inten-
tione absolvendi ab utroque sufficeret. Huc
ulque Sotii.

Ubi, cùm nos agat particulariter de necel-
litate illius particulae, Te, ejus pronuntiatio
nullam moram requirit humanus loquendo,
qua posset præjudicare hismodi agonizanti,
non credo intentum Soti suffit, excludere
illam particulam ab esse via forme, sed hanc
solū: *Ab excommunicatione, & à peccatis*, que
longiore tractum requirit.

Quidquid sit de mente Soti, quæ non facit
patet ex illis verbis; cùm communis sensus
Doctorum sit in contrarium, & hac res nos
debet pendeat à ratione, sed à sola voluntate divini
(que)

(quæ potuit in uno Sacramento requirere determinatam expressionem persona sufficiens, per ly Te, aut similem particulam, & non in alio; potuit velle expressionem determinatam peccatorum, per ly A peccatis, & potuit eam non velle) dico, argumentum in his à paritate rationis, neutiquam valere; cùm Deus potuerit habere justissimas rationes, quæ hoc vel illud voluerit, aut noluerit, quæ nos latent. Et ideo, ubi res dubia est, non melius, quām communī consensu erit decidenda.

Jam autem sensus communis Ecclesiæ est, paucis obstantibus, Christum illis verbis: Baptizantes eos &c. requivisit expressam determinationem personæ, sufficiens Baptismum, per ly Te, aut particulam àequivalentem, similiter per illa verba: Quorum remissio pœnitis, expressam determinationem personæ consensit; non sic autem expressam determinationem peccatorum, per ly A peccatis.

Hunc communem sensum Ecclesiæ satis videntur innovere, quando in Catechismo Romano, edito ex Decreto Concilii Tridentini, & PII V. Pontificis Maximi iussu, part. 2. c. 5. q. 13. ait: Est autem forma (Sacramenti Pœnitentie) Ego te abservo (omisso ly Etc.) quam non solum ex illis verbis licet colligere: Quācumque solventer super terram, erunt soluta & in Celis: sed ex eadem Christi Domini doctrina ab Apollinis traditam accepimus. Ac quoniam Sacramenta id significant, quod efficiunt; & illa: Ego te abservo, ostendens, peccatorum remissionem habui sacramenti administratione perfici, planum est, hanc esse Pœnitentia perfectam formam. Quid ultra debuit, aut potuit dicere pro communi sentientia?

Interim Arriaga supra n. 24. assignat aliquid dispartitum rationis, ut puta, ly Absolvo, significat omnem liberationem ab omni debito, non tamen magis unam, quām alteram; at verò non videtur significare huic vel illum pœnitentem, non solum unum magis, quām alterum; sed nec omnes confusè; ergo est non dicatur: Absolvo à peccatis, adhuc tamen ponitur verbum, id expresse significans, licet non specialiter: at, Absolvo, nec specialiter, nec expresse significat personam pœnitentem; sed id colligitur ab intellectu, & quasi infertur per Consequētiam ex regula generali Grammaticæ, quod quolibet verbum activum, debet habere accusativum aliquem; hinc sit, quod quando explicatur rō Absolvo in Calepino, non dicitur, Absolvo significat hunc vel illum; dicitur tamen, Significat liberare & à culpa, & à pena, & à debito pecuniario &c. hoc autem sufficit, ut verè dicatur significare hic & nunc remissionem culpæ. Hæc ille,

Omitto formam, quā (teste Jacobo Goar Greci nob in notis Euchologii in orationes super pœnitentes) absolvore confuerunt Græci; in forma Itebo te condonatum, in qua exprimitur pœnitentia peccata sua; apud Jac. Goar, non autem exprimuntur Iesus pœnitentia peccata per ly A peccatis tuis, aut particula tentem. equivalentem.

Sed contra: ad valorem Sacramenti Extrema Unctionis, necesse omnino est suo modo Objeto explicitè nominari peccata; nempe: Indulgetia tibi Dominus quidquid deliquisti cum aliis verbis ab Extrema Unctione ex Averia. coannexis: nec prorsus satis esset dicere, Indulgetia tibi Dominus: immo hoc magis per se, sine alia explicatione, referretur ad peccata; qui non aliam indulgentiam à Domino expectamus vel petimus. Et tamen adhuc necesse est dicere, Quidquid deliquisti. Idque omnes Theologi sine controversia assertantur vel supponunt.

Neque id est necessarium solum pro nominis singulis sensibus, Per viſum, & sic de singulis: sed per se propter ipsa peccata: adeo ut etiam necesse non esset dicere distinctè per singulos sensus, adhuc necessarium esset dicere: Quidquid deliquisti, sive, Quod deliquisti. Ita Averla q. 12. sect. 3. §. Septimo.

Répondeo; si non est necessarium necessitate Sacramenti nominare singulos sensus, neque necessarium erit necessitate Sacramenti dicere: Quidquid deliquisti, sive, Quod deliquisti, sed prorsus satis erit dicere, Per ipsam sanctam Victoriæ &c. indulgetia tibi Dominus. Idque omnes Theologi sine controversia assertantur vel supponunt, qui admittunt formam Græcorum valere, videlicet: Pater sancte animarum & corporum mediæ, qui Filium tuum unigenitum Dominum nostrum Iesum Christum, omnem morbum curantem, & ex morte nos liberantem, misericordia, sana quoque servum tuum N. à detinente illum corporis infirmitate, & vivifica illum per Christi sui gloriam. In qua forma non sicut expresa mentio delictorum. Ut nec in hac, quā tempore S. Ambrosii uia refertur Ecclesia Mediolanensis: Vng o te oleo sanctissimo in nomine Patris &c. Forma Attis ut more militiæ uulni, preparatus ad certamen, brevissima, aëreas posu superare potestas.

Et sane, cū remissio peccatorum mortaliuum, tantum sit effectus secundarius Extrema Unctionis; est enim Sacramentum vivum, quod principaliter institutum est ad augendam gratiam sanctificantem; & valde dubium sit, an remissio peccatorum venialium sit effectus primarius; nescio unde tanta possit provenire necessitas exprimendi peccata, ut ipfis non expressis, Sacramentum non valeat. Sed de hoc plura proprio loco.

De cetero, quamvis conclusio nostra sit longè probabilior, equidem doctrina opposita pœccaret mortaliter, non caret omni probabilitate; & ideo, ut haec altera pars Conclusionis: pœccare mortaliter, terly A qui omittet ly A peccatis; intellige, absque peccatis,

K k k necesse-

necessitate; nam saceret contra præceptum Ecclesiæ in re gravi, id est, in tali re, quæ probabiliter requiritur ad valorem Sacramenti.

Rogas à me, an quando ly A peccatis, explicitè apponitur, concurrat ad effectum Sacramenti, Respondeo:

CONCLUSIO II.

Ly A peccatis tuis, concurrit ad effectum Sacramenti Pœnitentiae, si proferatur ante prolata ista verba: Absolvo te; non concurrit, si proferatur, postquam Sacerdos cum debita intentione protulit ista verba: Absolvo te.

33.
Probatur 1.
pars Concl.
ex ratione.

Ratio primæ partis est; quia cùm tunc nondum sit effectus positus, quia nondum significata remissio peccatorum; & ly A peccatis, implicitè contineatur in ipsis verbis; Absolvo te, quæ significant remissionem peccatorum; quid mirum, si quando explicitè præponitur, concurrat ad effectum nondum productum? Sanè explicitè positum, videtur habere eandem vim, quam habet, implicitè tantum contentum in aliis verbis; nihil fortè inveniat totum effectum productum, prout invenit, quando sequitur ista verba: Absolvo te, prolata cum debita intentione.

Probatio 2.
partis;

Ex quo patet probatio secundæ partis; cùm enim per illa verba, Absolvo te, prolata cum intentione conficiendi Sacramentum, totus effectus sit productus, ly A peccatis tuis, subsequens, nihil invenit producendum, vel, ut melius loquar, compræducendum. Sicut in forma ordinaria, indubie concurreat ad effectum Sacramenti ly Ego, tanquam pars formæ, inveniens effectum necdum productum: si autem Sacerdos diceret, Absolvo te à peccatis tuis ego, certum est, quod ly Ego nihil omnino operaretur; quia totum effectum inveniret productum per verba præcedentia. Neque in potestate Sacerdotis est, suspendere effectum Sacramenti tali casu, usque ad prolationem ly Ego.

34.
Sacramen-
tum hoc ip-
so quo est,
producit
suum effec-
tum;

Ratio est; quia Sacramentum est instar cauſæ naturalis, qua hoc ipso quo est, producit suum effectum: cum ergo illa verba: Absolvo te à peccatis tuis, per se sint sufficientia ad significandam, & cauſandam remissionem peccatorum, non est in potestate ministri, supposita debita intentione, impeditæ eorum effectum, vel suspendere usque ad prolationem ly Ego. Ergo similiter, si illa verba, Absolvo te, per se sint sufficientia ad significandam, & cauſandam remissionem peccatorum, non erit in potestate ministri, illis prolatis cum debita

intentione conficiendi Sacramentum, impeditæ aut suspendere earum significationem, vel effectum, usque ad prolationem ly A peccatis tuis.

An forte existimas, quod si Sacerdos velleret, possit suspendere effectum Absolutionis, donec & usque explicitè præmonteret omnia, quæ implicitè continentur in verbis effectibus, v. g. Ego absolvō à peccatis tuis, diaboli fornicationibus, tribus adulteris &c? Nonne si Sacerdos confessans velleret hoc modo dicere: Hoc est corpus meum, id est, Christi; suspenderetur effectus Confessionis usque ad prolationem ly Christi, quod implicitè continetur in ly Meum? Non habet apparentiam veritatis.

Nihilominus contrarium secundu[m] partis Conclusionis sustinet Vaquez ad q. 84. 2. 3. dub. 4. n. 4 ubi sic ait: Ego existime illud verbum, Ego, & illa verba, A peccatis tuis, que communiter in forma apponuntur, primo, non esse de effectu simpliciter in illo primo sensu, quem diximus; non, inquam, esse, ut explicite debeat proferri &c.

Secundu[m], videtur mihi, cùm ea apponantur, verè pertinere ad substantiam & elementum formæ, & habere eandem causabilitatem, id ut effectus non sequatur, donec illa perfecta fint; non tamen sic putarem de illis verbis, quæ deinde apponuntur: In nomine Patris &c, nec de illis, quæ apponuntur in forma Calice à Lstinis, Novi & eterni testamenti &c nec de illis, quæ apponuntur à Gracis in forma Corporis: Quid pro rebus ita datur. Hactenus Vaquez.

A quo si petas rationem disparitatis, non aliam assignabit, quæ implicitam continentiam pronominis, Ego, & similiter ly A peccatis tuis, in verbo, Absolvo, ita ut nulla ratione concineri non possint, & hoc modo, inquit, cùm explicantur, reddunt eundem sensum, & eandem præcisæ significationem, quæ ad effectum Sacramenti operator, atque aeo[rum] sequitur, ad illius efficaciam, & formam pertinere. Hac illa.

Quod autem ly A peccatis tuis, includatur necessariò in verbo, Absolvo, & in ejus significacione, non quidem secundum quod illud verbum absolutè sumitur, sed secundum quod modificatur per Confessionem: probat ibidem, quia cùm in Confessione petatur Absolutio, & non à vinculis corporalibus, sed à vinculis peccatorum; ideo cùm dicit Sacerdos: Ego te absolvō; cùm absolutio debeat esse ab aliquo vinculo, intelligitur necessariò ex vi verborum, & judicii hujus aut sententie, A peccatis; & ita tantum refert apponuntur hac verba, aut non. Et si non apponuntur, manet eadem substantia formæ; & si apponuntur, manet similiter, quia non significatur aliiquid de novo, sed, quod implicitum erat ex vi verborum, exprimitur: quando